eius et inscriptionis ad solvendum succumbens. Pro qua quidem sum-
ma essentia cum vadio mixta tum vadio seu vadijs ex quacumque re
et causa succubit et succumbens quoniam se ad recognoscendum cum suc-
coribus suis eidem creditori vel eius posteris estare permiserit
tunc rendo a iure foroque suo quoniam proprio coram officio quod
Castrensi premisliensi in primo citationis termino tamquam pere-
ptorio iuri parere rendere ac pro vadio producto et submissioni quod
tunc quoniam opus fuerit satisfacere cum succoribus tenebitur termino
eiusdem primum ac alios subsequentes nulla re exquisita nec colore
excogitato tum actione pro maiori vera vel simplici infirmitate
bello expeditione bellica incursu hostium aura pestifera con-
ventione generali et particulari absentia a regno interregno
negotio et servitio quoniam Sacre Maiestatis Regis Reipublicae ac
militari legatione intra et extra Regnum evasionibus prescri-
ptionibus fatalijs iuris suspensionem premissorum et tertium marcarum
dilationibus quibusvis de iure et consuetudine concedi solet
motionibus denique et appellationibus ac earum universis prosequutionibus
differentibus et evadentibus mihi secum succoribus premissis alijsque omnibus
iuris remedijs abrenuntiationem suae et suorum succorum sub omissione
totius causae nulla in premissis omnibus terra prescriptionis silentium
mecum obstante

Blazowsky quietat Radilowski

Comparens personaliter coram officio et actis praedictis Castrensi
premisliensi Nobilis Iwan Michowicz Blazowski rendo a
iure foroque suo quoniam proprio praedicto in iurisdictione Castrensi

310

premisliensi secum succoribus ac bonis suis quoad actum praedictum
attinet incorporatum sanis mente et corpore existens pro ultro ac
per expressum recognovit Quia a Nobili Stanislao Radilowski
summam triginta florenorum pecuniae monetae Poloniae sibi per eum
actis terminis premissis ad solvendum inscriptis recepit et
manualiter levavit Rationem eius recepte ipsum et eius su-
coribus eadem summa quietat ac immune facit perpetuae
eiusdem inscriptionis sibi ab eodem super summam praedictam secundum
cum omnibus conditionibus punctis clausulis et articulis cassat
annihilat mortificat et obliterat sibi et suis posteris silentium
rationem premissorum imponens evidenter

Radilowsky cedit Blazowsky

Comparens personaliter coram officio et actis praedictis Castrensi
premisliensi Nobilis Stanislaus Radilowski Pietrzkowski
a pallatinibus terris districtibus iuribus iurisdictionibus suis qui-
busvis proprijs rendo praedicti vero iurisdictioni Castrensi premisliensi
secum succoribus ac bonis suis infrascriptis quoad actum et effectum
praedictis inscriptionis attinet incorporatum et subscriptum sanis mente
et corpore existens pro ultro ac per expressum recognovit Quia
de inscriptione recurrendi olim Antonio Radilowski Epi-
scopo Ritus Graeci premisliensi et Samboriensi patruo suo
per Nobilem Lachadowski super summam Qua-
dringentorum florenorum pecuniae coram quocumque Iudicio
seu officio et actis quibuslibet quocumque modo factis
ac in bonis quibusvis assecuratis super se quantum interesse